

**Analecta ad anatomiam fungi medullaris : dissertatio inauguralis ... / auctor
Gustavus Biedermann Günther.**

Contributors

Günther, Gustav Biedermann, 1801-1866.
Universität Leipzig (1409-1953)
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Lipsiae : Ex officina Gust. Naumanni, 1824.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/bw6enjuw>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

A N A L E C T A
AD
A N A T O M I A M
F U N G I M E D U L L A R I S

D I S S E R T A T I O I N A U G U R A L I S
Q U A M
I N U N I V E R S I T A T E L I T E R A R U M L I P S I E N S I
G R A T I O S I M E D I C O R U M O R D I N I S A U C T O R I T A T E
S U M M O R U M
I N M E D I C I N A E T C H I R U R G I A
H O N O R I B U S

R I T E C O N S E Q U E N D O R U M C A U S A
I L L U S T R I S I C T O R U M O R D I N I S C O N C E S S U
I N A U D I T O R I O I U R I D I C O

D I E I X . M . N O V E M B R . A . M D C C C X X I V

H O R I S C O N S U E T I S

P U B L I C E D E F E N D E T

A U C T O R

G U S T A V U S B I E D E R M A N N G Ü N T H E R
S C H A N D Á V I E N S I S
M E D I C I N A E B A C C A L A U R E U S.

L I P S I A E
E X O F F I C I N A G U S T . N A U M A N N I .

Je einfacher, je prunkloser und allgemein verständlicher das Resultat ist, zu dem uns eine grosse Reihe reiner Erfahrungen führt; desto wahrhafter und gründlicher ist der Zuwachs, den unsre Wissenschaft erhält, desto einfacher und sicherer wird unsre Kunst werden, die nur die Blüthe unsers Wissens ist.

WENZEL.

V I R O

EXCELLENTISSIMO, MERITISSIMO

DOCTISSIMO

CAROLO AUGUSTO KUHL

PHILOSOPHIAE, MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI,
PROFESSORI CHIRURGIAE PUBLICO ORDINARIO DE-
SIGNATO, DEMONSTRATORI CHIRURGICO IN INSTITUTO
CLINICO REGIO, CHIRURGICO PRIMARIO IN NOSODO-
CHIO AD DIV. IACOB. — CHIRURGO CIVICO FORENSI,
ET NONNULLARUM SOCIETATT. ERUDITT. SOCIO
ETC. ETC.

PRAECEPTORI ATQUE FAUTORI

DILECTISSIMO

H A S P A G E L L A S

MAXIMA CUM OBSERVANTIA AC DEVOTIONE

D. D. D.

A U C T O R.

PRO O E M I U M.

Sicuti a Romanis terrae, quae extra Thraciam sitae essent, in universum Hyperboreae appellabantur, ita etiam a chirurgis nomina inventa sunt, quibus casus adnumerantur, qui ad ullam aliam classem iure referendi non videntur. Ad haec pertinet etiam fungus, sub qua significatione diversissimi morbi enarrantur. E contrario autem haec aegrotatio, quam contemplandam nobis proposuimus, sub aliis nominibus ab aliis auctoribus adumbrata invenitur; quas adumbrationes WARDROPIUS, qui fungi haematodis denominationem, ab HEY EI impositam, retinebat, primus perlustravit et collegit. MAUNOIR autem, alias etiam morbos hoc titulo esse condonatos, non ignarus, novum nomen ei impertivit, nempe fungi medullaris; at vero nomen fungi haemadotis illi aegrotationi soli contribuit, quae etiam Teleangiektaia audit, (s. Aneurysma per anastomosin, Aneurysma spongio-

sum, Tumeur erectile). Huius exemplum recentiores sequuntur,

Ab initio hic morbus tantum in oculo, testiculo et extremitatibus observabatur, ubi, potissimum si ultra certum modum progressus est, facile cognoscitur. Postquam autem sectiones hoc morbo defunctorum simul interna quoque organa simili modo destructa saepius ostenderant, chirurgi, eundem morbum etiam in his se videre arbitrati, tales mutationes intestinorum fungo medullari adnumerabant. Restat autem adhuc, ut investigetur, quae-nam organa primario modo a fungo medullari afficiantur? quae-nam vero prae ceteris? Ut explore-tur, num unum tantum radicibus eius fundum praebat? et quodnam? Ut cognoscatur, utrum varia sit eius structura in variis organis, an eadem in omnibus? Postea, ut inveniatur, qua re structura fungi medullaris ab aliorum productorum fabrica discrepet? tandemque ut diagnosis certa statuatur, et via, qua curam sperare liceat, demonstretur.

Equidem, ut ex una saltem parte operis initium inchoarem, quaecunque mihi de eius anatomia innotuere, collegi, et casuum, qui huc pertinere mihi videbantur, seriem ordinavi, orsus de fungo medul-

Iari oculi. Quae de fungo medullari, alia organa occupante, mihi comparavi, etiam publici iuris faciam, dummodo mea methodus viris, qui auctoritatem habent, probata fuerit; cui addam accuratam inquisitionem anatomicam duorum fungorum, in extremitatibus inventorum; quam instituere mihi licuit.

Concessum mihi erat, ut plures libros hoc consilio peragrarem, quos commodabant mihi Professores et Doctores KUEHN, KUHL, CERUTTI, RITTERICII et WALTHER, Viri Excellentissimi, Doctissimi, Benignissimi, quorum humanitatem, liberalitatem et indulgentiam, grato teneo animo.

Non leve fuisse opus, eundem morbum, sub variis titulis descriptum, cognoscere, et a diversis morbis, eodem nomine designatis, discernere, omnes mihi, qui rem paulo accuratius cognitam et perspectam habent, concedent, imprimis idcirco, quod auctores ipsi saepenumero de natura morbi enarrati dubitaverunt; quod plurimi in morbi anatomiam imperfecte inquisiverunt, et quod alii alio sensu nomina usurpaverunt. Quam vario enim sensu utuntur vocibus *fungus*, *fungosus*, *cerebro similis*, *medullaris*, *carnosus*, *steatomatosus*, *pulposus*,

mollis, durus, denique coloribus fere omnibus!
 Minimam quidem admittit errationem via, qua
 Abernethy ingressus est, qui productorum aegro-
 torum nomenclaturam a similitudine eorum cum
 sanis organis petit.

Venia igitur mihi dabitur, ubi huc pertinentia
 omiserim, vel peregrina immiscuerim.

Additum esto, sub excrescentia fungosa me
 illam fungi partem intelligere, quae in oculo, cor-
 nea et coniunctiva vel etiam sclerotica perruptis,
 externe apparuit, et a nonnullis fungus *zat' ἐξοχῆν*
 nominatur. Id discriminem necessarium mihi vide-
 batur, quod a nonnullis fungi nomine tumor oculo
 latens, ab aliis vero tam hic tumor, qui oculo in-
 clusus est, quam ille, qui in externam superficiem
 prodiit, simul intelligitur.

Brevis esse labore.

HORAT.

DE
FUNGO MEDULLARI OCULI.

Historiae huc pertinentes.

1. Puella III ann. — Oculus sinister, ictu offensus antea iam dolens, per septem menses increcebat, et fungosam excrescentiam propellebat. Tunc bulbus cultro est remotus. Aegrota, quamquam per VI hebdomades bonam vulneris conditionem ostendebat, tamen sex mensibus post operationem praeterlapsis, mortua est.

2. Puella XX mens. — VII^o mense, postquam prima morbi vestigia apparuerant, mutari coepit forma bulbi, qui, antequam excrescentia fungosa protrudebatur, extirpatus est. Pupa autem, quae per decem dies salute meliore gaudere videbatur, postea tumorem redeuntem perpessa, et die XXV^o post operationem fato perfuncta est.

1. Wardrop. vers. german. pag. 22. Cas. I, Icon. Tab. II. fig. 5.

2. Id. pag. 29. Cas. II, Icon. Tab. II. fig. 3.

3. Puella II ann. — In oculo dextro. Postquam morbus XVI menses duraverat, bulbus excisus est. Paulo post mors secuta est.
4. E sexu virili. — In oculo dextro. — Sine operatione mortuus.
5. Puer ann. VIII—IX. — Sine operatione, quatuor mensibus ab initio morbi interpositis, diem obiit supremum.
6. Puella ann. IX. — Postquam malum aliquot menses duraverat, instituta est operatio; sed quamvis vulnus per breve tempus meliorem adspectum praebet, tamen paulo post mors accessit.
7. Puer VI ann. — Tumor bulbi oculi, qui ex VI mensibus creverat, cultro remotus est. Tertia hebdomade post infans sanatus videbatur. Secundo vero anno abhinc praeterlapso, fungo, in angulo orbitae externo apparente, puer necatus est.
8. Puer XI mens. — Quum hanc aetatem esset assecutus, morbus sinistrum oculum, quum mensem autem XV^{um} superasset, dextrum occupabat. Infelix, excrescentia fungosa ex oculo sinistro pullulante, mox sine operatione e vita discessit.

3. Wardrop. vers. germ. pag. 35. Cas. III, Icon. Tab. II. Fig. 4. et Tab. III.
4. Id. p. 38. Cas. IV, Icon. Tab. I. Fig. 1 et 2.
5. Id. p. 39.
6. Id. p. 41.
7. Id. p. 42.
8. Id. p. 42. et Saunders p. 145. Cas. I, Plate II. Fig. 6. pag. 219. Tab. II. Fig. 6. fungum ostendit oculi dextri.

9. Puella II ann. — Constitutionis scrofulosae. — Sine operatione vitam reliquit. — Breve tempus ante mortem eius, quum valdemodum debilitata esset, excrescentia fungosa, quasi putrida vel exsiccata delapsa est.
10. Puer V ann. — Constitutionis scrofulosae. — Sine operatione obiit mortem — Etiam in hoc paulo ante finem excrescentia fungosa imminui coepit.
11. Puella XV mens. — Totus morbus, a principio usque ad mortem, III annorum spatium explebat. Primus sinister, deinde dexter aegrotabat. Ille, antequam excrescentia se ostendebat, cultro remotus est, quo facto tumor, in dextro auctus, excrescentiam protrudebat, et vita infantem privavit.
12. Puella III ann. — In oc. sin. — Post capitis impetiginem, Saturni usu celeriter repressam. Infans, quum post bulbi excisionem per tres hebdomades ad bonam valetudinem redire videretur, repente alterius oculi visum perdidit, et secundo post operationem mense vitam cum morte commutavit.
13. Puer XIII ann. — Antequam excrescentia fungosa se emerserat, bulbi extirpatio suscepta est. Vulnerum posthac prorsus est clausum. Verum, II^o mense post, novus redibat fungus, qui aegrotum vita expulit.

9. Wardr. vers. germ. p. 45.

10. Id. p. 45.

11. Id. p. 51.

12. Id. p. 56.

13. Id. p. 60. et in Scarpae praesatione.

14. Puella XII ann. — Fronto per contusionem vehementer offensa, V^{to} die morbus in sinistro oculo inchoabat, cuius incrementum, quum excrescentiae fungosae longitudo VIII pollices et dimidium, basosque peripheria XI adaequaret, mense XII^o post initium, oculi excisionem postulavit. Miseram, quamquam dein VI hebdomades gravitate valetudinis levari videbatur, tamen tumore reverso et coecitate alterius oculi accedente, XI^o post operationem septimana, mors eripuit.

15. Puella VI ann. — Nonnullis mensibns a morbi primordio praeterlapsis, sinistri bulbi forma mutabatur. Peracta eius extirpatione, post nonnullas hebdomades non solum in orbita sinistra novus apparebat tumor, sed etiam in dextro oculo huius morbi principia sunt detecta, quae tamen ad mortem usque, quae mox est consecuta, visum concedebant.

16. Mulier ann. LVIII. — E cicatrice, quae post operationem aliquamdiu clausa fuerat, aliquot mensibus praeteritis, parva excrescentia fungosa se tollebat, quae variis causticis impediebatur, quominus nimium caperet incrementum; qua quidem ratione aliquot annos vita trahebatur.

17. Mulier ann. LVIII. — Morbus, ante X annos orsus, post vehementissimam cephalalgiam et ophthal-

14. Wardr. vers. germ. pag. 61.

15. Id. pag. 64.

16. Id. pag. 69.

17. Id. pag. 81. Cas. XVII, Icon. Tab. III, fig. 8.

miam, tres menses perseverantes, bulbum dextrum perrumpebat, bulbum extendebat, corneam obscurabat, excrescentiam fungosam progenerabat, cuius vehementes haemorrhagiae truncandum oculum desideravere. — X^o mense post operationem praetermisso, prospera adhuc mulier degebatur.

18. Vir ann. LVIII. — Oculus sinister post ictum, fortiter ipsum convellentem, ophthalmiam perpessus, annoque post ruptus est. Decimo dehinc anno, quum aegrotum acerbissimis doloribus antea cruciasset, intumescere incipiebat, punctione autem laesus, praeter sanguinem nihil evacuavit. Homo, anno uno praetergresso, naturae satisfecit.

19. Puer IX mens. — Sanus, vivax, robustus. — Prius in oculo dextro, tum in sinistro oculo coecitas simul cum maculis apparebat. Quum, anno aetatis III^{io} et dimidio in dextro oculo excrescentia fungosa formata esset, et in sinistro mutatio fieri coepisset, bulbi dextri evulsio facta est. Vulnera VI^a hebdomade fere concluso, fungus ingens revertebatur, qui pusionem interemit.

20. Puer IX mens. — Dexter oculus coecus, caput in dies magis crassescere. Post dimidium annum tumor in dextro, coecitas in sinistro oculo. Excrescientia fungosa. — Dextri bulbi extirpationem exceptit causticum actuale. Nihilominus autem, V^a post operationem septimana, regio temporalis dextra

18. Wardr. vers. germ. pag. 85.

19. Chirurgische Kupfertafeln: Tafel CIX — CXI. Fig. 1 — 3.

20. Rust's Magazin, Band XVI. p. 219. Abbildung dazu pag. 372.

intumescebat, novusque fungus in oculo conspiciebatur. — III^o mense post operationem puellus fato perfunctus est.

21. Puer VI ann. — Parentibus utens scrofulosis. Ophthalmia cum cephalalgia, amblyopia dextri oculi: rubor chronicus tunicae coniunctivae; pupula dilatata, postea strabismus. Huius oculi videbatur adesse cataracta incipiens. — Coecitas eiusdem. Amblyopia sinistri oculi. Bulbi dextri forma mutari, excrescentia pronasci; coecitas in sinistro. Anno dimidio inde a morbi initio praeterlapso, sine operatione, parvus naturae debitum reddidit,

22. Adolescentulus XX ann. — Num hic casus ad fungum medullarem pertineat, nec ne, dubius haeret Maunoir, hanc solam ob rem, quod aegroti valredo sanguisugis, cataplasmatis et Tartaro emetico ita restituta est, ut dolores et tumores evanescerent, et bulbus artificialis supplicari posset. Evidem huc non pertinere arbitror cum illam ob causam, tum quod externa morbi forma alia erat.

23. Puella VI ann. — Iris prius, quam caeterae partes affecta esse videbatur. Oculo fungoso per cultrum remoto, post brevem quietem recruduit malum. — Iterum extirpatione facta, tertio se ostendit fungus. Nunc autem curatione mercurii inunctoria adhibita, tumores evanescebant, atque orbita

21. Panizza, pag. 8. Kupfertafel I et II. Frorieps Notizen Band IV.
pag. 183.

22. Maunoir, pag. 58.

23. Id. pag. 69.

bona granulatione magis magisque quotidie implebatur.

24. Puer III ann. — Ex primo inde aetatis anno nubecula in oculo et coecitas. Infans cum annos ageret duos et dimidium bulbi incrementum prodebat, et paulo post excrescentiam fungosam. Post repetitam operationem tertio fungus regrediebatur.

25. Puer IV ann. — Inde a cunabulis ophthalmia neonatorum in dextro oculo lumine erat captus. Ante IX mens. nova inflammatio, protuberantia aegrota, tumores fluctuantes. — Extirpatione bulbi peracta, post XIV dies vulnus clausum. — V^a hebdomade post multi tumores glandulosi ante auriculam ascendere, quos concomitabatur VII hebdomade novus fungus ex orbita progerminans. Post aliquot septimanas per haemorrhagias homunculus mortem occubuit.

26. Ann. II et dimid. — Infans in oculum dextrum prolabebatur, et fungo tum afficiebatur. — Extirpatio, postea mors.

27. Puer IV ann. — Sanus. — Die XXII mens. Dec. Ante II menses in regionem orbitalem prolapsus dolores in oculo dextro et capite accusabat. — Bulbus maior, pupula dilatata, iris decolor, lens obscura, luteo-alba, versus cameram anteriorem propulsa,

24. Rust's Magazin, Band XIII. pag. 277.

25. Id. pag. 7.

26. } Allan Burns, vers. Dohlhofii, eiusque nota pag. 330 et 331.

27. } Cf. Dzondi allgemeine Literatur-Zeitung, Februar 1821. pag. 322. —

. corneamque tangens. Inter iridos marginem inferiorem et lentem corpus aliquod animadvertebatur. Die VI Mensis Febr. bulbus remotus. — Ultimis diebus mensis Martii malum nondum redierat.

28. **Iuvenis.** — Inter vehementes dolores, inflammations iteratas et sinistri oculi coecitatem bulbus mutabatur et propellebatur. Verum, quamquam in cornea apertura facta erat, tamen excrescentia fungosa inde non prodibat. — Post huius oculi extirpationem etiam glandula lacrymalis dextra augeri bulbumque propellere. Paulo post hominem mors de medio sustulit.

N o t a. Burns fungum medullarem hunc non fuisse arbitratur, quod morbus e glandula lacrymali profectus esse videatur et structura eius fungo medullari non omnino congruat.

29. **Infans III ann.** — Bulbus trium pugnorum magnitudinem est assecutus. Morbus, qui aliquot menses duraverat, e viventium numero infantem exturbavit.

30. **Puer III ann.** — Scrofulosae constitutionis. — Ab ophthalmiis antegressis in utroque oculo coecus. — Sinister bulbus ovi anserini circuitum adeptus, cultro remotus est. Undeviginti praeterlapsis diebus pupus sanatus.

31. **Puer.** — E bulbo, cultro idcirco aperto, ut la-

28. Allan Burns, vers. Dohlhosii, pag. 335. dazu Abbild. Tab. VIII, fig. 2.

29. } Wardrop. vers. germ. pag. 67 et 68.
30. }

51. Id. p. 71.

tex ibi absconditus evacuaretur, humor profluxit et aqueus et cremori lactis similis. Paulo post massa fungosa enixa aegroto mortem attulit.

32. } In infantibus. Exstirpationem a Georgio Bell
 33. } expeditam perbrevi mors est consecuta.
 34. Mulier XLI annos. — Gracili corpore. — Ante II annos et dimidium amblyopia in oculo sinistro, pone pupulam maculae lactae. Post IV menses huius oculi coecitas. — Secundo mense post ophthalmia vehemens et VI^o abhinc mense tumor corneam propellere. — Post IV menses febris hectica accedebat, excrescentia fungosa magna. — Bulbi extirpatio. — Anno post operationem redibat fungus. Misera, dolores ingentes toto corpore perpessa, extremum vitae diem morte confecit. Alter oculus sanus manserat.

35. Vir L ann. — Die XL^o post bulbi extirpationem vitam reddidit.

Nota. Wardrop carcinoma oculi fuisse opinatur.

36. Infans. — Scrofulosae constitutionis.
 37. Adultus. — Mense V^o post bulbi extirpationem fungus nondum redierat.

32. } Wardrop. vers. germ. pag. 71 et 72.
 33. }

34. Allan Burns, vers. Dohlhosii, pag. 520. — Item Wardr. vers. pag. 72. Icon. Tab. III, fig. 6.
 35. Scarpa, in praefatione ad oculorum morbos, (vers. francog. p. 8.) Item Wardr. pag. 61.
 36. Wardr. pag. 67.
 37. Hey, Uebersetzung, pag. 218.

N o t a. Verum adhuc sub iudice lis est, num vere ad fungum medullarem hic sit referendus.

38. Mulier XL ann. — In oculo sin. — Post ictum ante XIII — XIV annos acceptum, cephalalgia et amblyopia in miseram impetum faciebant. Auctumno anni MDCCCXVII bulbus extendebatur; aestate anni MDCCCXVIII, excrescentia fungosa nondum se extendente, extirpatione perfecta est. Mense Decembre eiusdem anni vulnus fere clausum.

N o t a. Non redditurum esse malum, tunc temporis auctor sperabat, quod cephalalgia evanuerat, palpebra inferior, ante nigrescens, sanum adepta erat colorem, et corpus totum ex incommoda valetudine emerserat.

39. Mulier XXXV ann. — In oc. sin. — Anno uno et dimidio post bulbi extirpationem dilapso, non solum novus tumor in orbita, sed tumores etiam in pluribus corporis regionibus, crudelissimos dolores inurentes, apparebant.

40. Vetula, ann. LXXVII. — In oculo dextro. Anno MDCCCIII adspectum amitterebat. — Vehementes ophthalmias postea exortas mutationes organicae solitae anno MCCCVII excipiebant. Mense Ianuario anni MCCCIX anicula extirpationi se subiecit, et mense Iulio eiusdem anni diem suum obiit.

41. Anus LXVI ann. — In oculo dextro. — Sinister

58. Rust's Magazin. Band VIII. pag. 487.

59. Saunders, pag. 147. Case II. et pag. 216. Plate II, fig. 4.

60. Id. pag. 150. Case III. et. pag. 218. Plate II, fig. 5.

61. Id. pag. 153. Case IV.

oculus plane sanus. — Ingentem tumorem in illo oculo ostendebat. — Annum LXXIV^{um} emensa animam efflavit.

42. Tumor, quamvis aliquot annos non crevisset, subito intra tres menses ita augescebat, ut bulbus octo lineas ex orbita prominaret. Ante operationem mors accurrit.

43. Virgo XXXVIII ann. — Robusta, sanguinea. In oculo dextro. — Post extirpationem malum redibat. Etiam haec posuit vitam.

44. Puer III ann. — In oculo sin. Ad XVIII^{um} vitae mensem sanus, anno aetatis III^{io} hydrocephali symptomata, mense Aprili anni MDCCCXX amblyopiam oculi sinistri monstrabat. — Iulio mense sequebatur coecitas, et coloris in eodem oculo mutatio. Mense Octobri tumor occipiebat; die VII^o mensis Decembris extirpatio peracta. — IV^a hebdomade post novus fungus apparebat, cuius initium post III menses mors secuta est.

45. Post infantis mortem oculus spiritu vini conservatus et postea dissecitus est. — In altero oculo (No. I.) excrescentia fungosa nondum erat formata, corneaque adhuc limpida, in altero (No. II.) ea iam conspiciebatur.

42. Demours, Tome I. pag. 491.

43. Id. pag. 493.

44. Frorieps Notizen. Band VII, July 1824. No. 21.

45. Travers, pag. 405, cum icone in Plate III, fig. 1—6. Etiam in Weimarschen chirurgischen Kupfertafeln, Tab. CIX — CXI, 6g.
4 — g.

46. Oculus extirpatus conservabatur in Museo nosocomii Londinensis St. Thomasii.
47. Oculus extirpatus ibidem fuerat conditus.
48. Vir. — In dextro oculo. — Semper bona valetudine fructus erat. V^{to} mense antequam in nosocomium reciperetur, amblyopia, ophthalmia, doloribus et postremo coecitate laborabat. Quum Mense Octobr. ann. MDCCCXVII. in nosodochium adscriberetur, fungum ad magnitudinem nucis avellanae pervenisse, apparebat. — Versus huius mensis finem aerumnosus haemorrhagiis angebatur, atque VII^o die mens. Nov. excisionem largitus est. Usque ad XVII. diem eiusdem mensis in universum bona valetudine gavisus, abhoc inde tempore autem in peiores de-lapsus, hinc in communem locum abiit. — XXIV^a hora post mortem cadaver eius est dissecatum.
49. Effigies morbi iconē depicta.
50. Vir XLII ann. — Sanus usque ad annum aetatis XL^{um}. Hic gravitas quaedam in palpebra superiore, atque cephalalgia eiusdem lateris ab eo sentiri, dolores in oculo percipi, bulbus ingrandescere; sclerotica, quae pluribus in locis, coeruleo colore insignibus, prominebat, rupturam minari: Interdum confusio animi. Tunc excrescentia fungosa, haemorrhagiae. — Exstirpatio initio anni MDCCCXX,
-
46. Travers, pag. 410. Huc pertinet Plate IV, fig. 1,
47. Id. pag. 410. Plate IV, fig. 2.
48. Id. pag. 411. Plate IV, fig. 3.
49. Id. pag. 415. Plate IV, fig. 4.
50. Id. pag. 416. Plate IV, fig. 5 et 6.

— Post XIV dies ad negotia rediit, et huc usque sanus mansit.

51. Forma externa in icone adumbrata.
52. Infans VIII mens. — In oculo sin. — Morbus, qui congenitus erat, non diu vitam infelici concessit, dextro autem oculo pepercera.
53. Infans III ann. — Accipiebat tumorem eiusdem fere formae et magnitudinis, cui excrescentia fungosa se associabat.
54. Mulier XLVI ann. — In sinistro oculo. Ante II annos oculum inflammatio occupaverat. Posthac fungosa excrescentia, diametrum nummi habens, quem Angli Shilling nuncupant, inter palpebras prorepebat, corneamque et scleroticam tegebat. Erat colore atro-purpureo, cum rubro mixto, interdum sanguinolenta, nunquam dolens, in lobulos divisa. Foemina, remoto bulbo, valetudinis prosperitatem est assecuta.
55. Oculus extirpatus servatur in nosocomio St. Thom.

-
51. Travers, pag. 418. Plate V, fig. 1.
 52. Id. pag. 418. Plate V, fig. 2.
 53. Id. pag. 418.
 54. Id. pag. 424. Plate VI, 2.
 55. Id. pag. 430.
-

*Historiae quae huc pertinere non videntur,
sed a nonnullis referuntur:*

Travers pag. 423 et 428. Plate VI. fig. 1. Infans IV ann. Bulbus paene sanus manserat. Evidem potius polypum fuisse crederem.

Travers, pag. 408. Plate III, fig. 7. u. chir. Kupfertafeln, No. 109 — 111. fig. 10. ad fungum medullarem referri non debet. Est enim morbus solius corporis vitrei.

Partes singulae oculi dissectae:

a. Tunica coniunctiva.

10. In angulo interno et externo in massam lardeam, dimidium pollicem crassam, cum massa fungosa arcte cohaerentem mutata.
20. In o c sin. C. perrubra.
21. In o c. d. C., imprimis bulbi, admodum fungosa, rubra, nodulis in superficie impleta, durissima, in aliquot locis exulcerata.
28. In o c. extirp. Externa eius superficies carnea, rugosa. In tela cellulosa, qua vicinis partibus erat adnexa, magna humoris pellucidi copia inventebatur, qui Alcohole coagulatus est; Propter quem, ante operationem, T. c. gelatinæ erat simillima.
38. Paulo ante extirpationem. C. plane evanuerat. In eius loco pars bulbi anterior vasorum reti erat tecta, per quod cutis quaedam viridescens transspiciebatur.
50. In o c. ext. Venae eius varicosae et sanguine turgentes.

b. Tunica cornea.

20. In o. c. sin. Turbida.
21. In o. c. d. Rimam habebat marginibns elatis, duris.
28. In o. c. exst. Media tenuissima, pellucida; — versus peripheriam crassior et squalido - viridi - lutea.
34. In o. c. exst. Sana videbatur.
38. Breve tempus ante extirp. Corneae dimidia pars destructa. Pars eius remanens in loco, qui pupulae proprie destinatus est, striae instar semicircularis et candidae erat posita.
44. C. normalis.
45. In o. c. I. C. sana.

In o. c. II. Particulae eius remanserant, centrum autem destructum inveniebatur.

46. C. adest.
48. C. in medio exulcerata.
50. Corneae structura nonnisi compressione fungi mutata.
54. In o. c. exst. Sana.

c. Humor aqueus.

1. In o. c. exst. Totus hic destructus eiusque cavea massa molli fungosa nullius certae structurae erat impleta.
12. In o. c. exst. In substantiam obscuram, gelatinosam mutatus.
44. In o. c. exst. Cum bulbus dissecaretur h. a. limpidus prosiluit.

d. Iris.

34. In oculi ext. Vestigia eius tantum indistincte supererant.

38. Breve tempus ante ext. Pupula animadvertisi non poterat.

44. In oculi ext. Processus ciliares et uvea colorem naturalem ostendebant.

45. In oculi I. Sana.

In oculi II. Iridos particula superest, quae valde mutata est, corneae affixa, cum massa fungosa coniuncta.

48. In oculi ext. Iris plane destructa.

54. In oculi ext. Uvea mutata. Iris, quae in centro corneae adhaerebat, colorem imperfecte retinuerat.

e. Corpus ciliare.

44. In oculi ext. Processus ciliares colorem naturalem ostendebant.

54. In oculi ext. In mutationem aegrotam transire coepit, pigmento tamen nigro tectum erat. Nonnisi nonnulli ex eius processibus discerni poterant.

f. Lens crystallina.

11. In oculo dextro post mortem. Sana, in iusto loco sita.

15. In oculi d. Sana.

27. In oculi ext. Paene omnis evanuerat.

34. In oculi ext. Coloris erat succinici.

39. In oculi ext. Situm regularem habebat.

44. In o.c. ext. L. eiusque capsula normales et limpidae.

45. In o.c. I. L. absorptione remota, eiusque capsula uveae firme adhaerens.

48. In o.c. d. L. plane destructa.

49. Lens, capsulae inclusa, per massam fungosam e situ normali eo modo retracta erat, ut a cornea angulo recto distaret.

54. In o.c. ext. Evanuerat.

g. *Corpus vitreum.*

1. In o.c. ext. Loco humoris massa firma, cerebri simillima inventa est.

11. In o.c. dextro post mortem. Tantum anterior eius et interior pars remanserat. Exterius et posterius substantia sita erat alba, coagulata, retinacae ita adiuncta, ut corpus vitreum esse solet.

12. In o.c. ext. Humores in substantiam gelatinosam, obscuram mutati.

28. In o.c. ext. Humor vitreus inter operationem profluxerat.

39. In o.c. ext. Ab interno latere per fungum repressum, ita ut tantum dimidia eius pars superesset; praeterea autem sanum erat.

44. In o.c. ext. Humor vitreus limpidus et normalis.

45. In o.c. I. C. v. aliquo modo massae fungosae simile est, et ab ea antrorum et deorsum comprimitur.

In o.c. II. Humores plane evanuerant.

47. In massam, sub fungo descriptam, abierat.

49. In massam, quam depinximus sub fungo, erat mutatum.

54. In o.c. ext. Humor vitr. liquidus, flavus.

h. Retina.

1. In o.c. ext. Omnis in corpus solidum mutata, pristinae structurae nihil retinuerat.

2. In o.c. ext. Prorsus evanuerat. Nervus intumescere videbatur massamque formabat, similem substantiae, quae nervum circumdabat.

11. In d. o.c. post mortem. Sana.

15. In o.c. d. In massam albam, mollem mutata videbatur.

27. In o.c. ext. Retinae paululum supererat.

28. In o.c. ext. Quamquam bulbus et ante et post immersionem in Alcohol accuratissime investigantur, nullum tamen retinae vestigium observatum est.

In eius loco membrana obscuro-rubra, cuius textura arachnoideae erat comparanda.

34. In o.c. ext. Inveneriri prorsus non poterat.

38. In o.c. ext. Retina, quae normali crassior erat, firmius cum choroidea cohaerebat, quam vulgo. Etiam cum substantia morbosa arcte erat connexa.

39. In o.c. ext. Tantum in externa bulbi parte remanserat, cum ab interna per massam fungosam propulsa esset.

44. In o.c. ext. Retina colorem normalem lacteo-coeruleum usque ad tumoris propinquitatem ostendebat. Hoc in loco ita tenuis fiebat, ut reti araneae esset aequiparanda. Cum tumore hoc in loco spisse coniuncta.

45. In o.c. I. Posterior eius pars destructa, anterior choroideae affixa.

In o.c. II. Nulla aderat.

46. R. evanuerat.

47. R. corrugata et a choroidea inclusa erat.

54. In o.c. ext. Quamquam peregrinam occupaverat sedem et corpori ciliari adhaerebat, tamen sana manserat.

i. **Choroidea.**

1. In o.c. ext. Colorem vulgarem brunneum cum rubescente mutaverat, cuius causa in vasorum multiplicatione quaerebatur.

2. In o.c. ext. Ch. sacci formam praebens a massa fungosa erat propulsa.

11. In d. o.c. p. mortem. Sana.

15. In d. o.c. Superficies eius pauxillo pigmento nigro obtecta.

19. In o.c. ext. Frustum choroideae nigrum supererat. Inter choroideam et sclerotica massam luteo-brunnea sita, quae choroideae reliquias circumdabat.

25. In o.c. ext. Nihil in bulbo, excepta choroidea; remanserat, neque haec distinete discernebatur. Continebat autem magnam granorum calciorum massam, cum ipsa coniunctorum.

27. In o.c. ext. Sana videbatur.

28. In o.c. ext. Choroidea obscura, pigmenti nigri expers. Exibat in marginem crassum, nigrum iuxta ligamentum ciliare. Hic margo formabatur a cor-

pore ciliari et iride crassiori, eaque discissa, in unam massam conglomeratis.

34. In o.c. ext. Ch. plura vasa, quam in sano statu ostendebat, uno in loco sexies crassitudinem regularem superabat, atque, ubi sclerotica discissa erat, in massam transibat pulposam albamque, ad fungum pertinentem.

39. In o.c. ext. Ubi fungosa massa scleroticae adhaerebat, ibi choroidea a sclerotica separata et in interiore tumoris parte sita erat.

44. In o.c. ext. In choroidea, non longinque a nervi optici introitu, apertura erat, per quam massa morbosa, ex camera corporis vitrei veniens, sclerotica attingebat. Haec autem massa neque cum sclerotica neque cum choroidea coniuncta erat.

E regione huius aperturæ, iuxta nervi optici introitum, lamella massæ pulposæ tenuis, quæ magnitudinem et formam lentis præ se ferebat, choroideæ adhaerebat. — Hoc in loco in sclerotica morbo si quid non animadvertebatur.

Choroidea præterea ex omni parte erat sana, neque ullo in loco, nisi ubi apertura erat, pigmento privata.

45. In o.c. I. Magna choroideæ pars sana. Inter lamellam eius exteriorem et interiorem (venosam et arteriosam) massa fungosa formata erat. — Externa lamella loco iusto posita, interna lineae ad instar bulbus dissecatum transibat. Pigmentum nigrum hic non animadvertebatur.

- In o.c. II. Choroidea per massam aegrotam antrorsum pellitur, ipsa autem crassior atque in anteriore parte firme cum sclerotica coniuncta est.
46. Posterior choroideae pars per fungosam massam propulsa, anterior vero scleroticae et corneae fixe agglutinata inveniebatur,
47. Choroidea mutata in substantiam obscuro - rubram, duram, quae dimidiā tumoris, e sclerotica exorti, longitudinem habebat, et huic tumori adhaerebat. In latere sano mutata non reperiebatur.
48. Choroidea nullum prioris structurae vestigium retinuerat, crassior enim erat, atque vasis sanguineis impleta. Antrorsum a sclerotica seiungi poterat, retrorsum autem omni ex parte in massam aegrotam mutata.
54. In o.c. exst. Exterior (venosa) choroideae lamella crassior sese monstrabat, retrorsum trahi poterat et scleroticae firme adhaerebat. — Membrana Ruyschiana autem (arteriosa) etiam normali crassior, sed multo minus quam illa. Per tumorem ab illa segregabatur.

k. Sclerotica.

1. In o.c. exst. Non mutata, facilis a choroidea separatu.
2. In o.c. exst. Remanserat.
3. In o.c. exst. Quum omnes partes destructae essent, sola sclerotica cum nervo optico remanserat.
9. Exigua tantum scleroticae particula supererat, nervi vaginae adhaerens.

10. Sclerotica in globulum parvum, nigrum et contractum mutata erat; sola autem ex omnibus partibus relicta.

11. In o.c. sin. (ext.) Nulla pars praeter sclerotica cognosci poterat, sed omnes in massam steatomatosam mutatae erant.

In o.c. d. post mortem. Sana.

12. In o.c. ext. Bulbi tunicae non admodum mutatae.

19. In o.c. ext. Scleroticae structura non degeneraverat. Parti eius externae et superiori fungus adnexus erat. Coniunctio inter corneam et sclerotica clare discernebatur. Tenuissima ipsa et quasi perrupta reperiebatur, ubi fungus exibat.

20. In o.c. ext. Scl., quae crassissima erat, unica inter omnes tunicas remanserat.

24. In o.c. ext. Omnes tunicae mirum in modum laxae; sola sclerotica aliquam adhuc firmitatem in eo loco ostendebat, ubi N. opticus intrat.

27. In o.c. ext. Sana videbatur.

28. In o.c. ext. Omni ex parte sana.

34. In o.c. ext. Scl. externe per tumorem disissa et in duas lamellas fissa, quibus tumor hic brunneus interpositus erat.

39. In o.c. ext. Scl. sana, excepto uno puncto, ubi a massa fungosa, quae versus exteriora se extendit, elevata est. Insinuatio huins massae inter scleroticae fibras fortasse nimis minuta erat, quam quae delineari potuisset. — Scl., in eo loco, ubi cum fungo erat connexa, firmissima erat, e parte absorpta atque particulam massae fungosae, quae

magnitudinem sextae partis capituli acus habebat, in fibras suas recipiebat, ita ut ab ea perforaretur.

40. In o.c. exst. Scl. ab altera parte introitus nervi optici non violata, ab altera autem exulcerata, et aperturam concedebat, per quam massa in oculo cum substantia adiposa connubium inibat.

44. In o.c. exst. Scl. iuxta nerv. opt. paulo erat vulnerata, per quod foramen, si digitis bulbum comprimeres, massa mollis, pulposa protrudebatur. Caeterum normalis quoad crassitudinem et consistentiam. A choroidea undique promte poterat separari.

45. In o.c. I. Scl. sana.

In o.c. II. Scl. crassior. In superioro bulbi parte antrorum sclerotica per substantiam fungosam in duas lamellas erat divisa; in inferiore idem apparebat sed distinctius separabantur lamellae per massam illam, quae inter eas prorepebat.

Retrorsum Scl. simplex erat, mutata, sed nusquam perforata, ita ut massis aegrotis societatem non concederet.

46. Scl. supererat.

47. Scl. valde extensa et sana tenuior, in diversis partibus propter intimum cum choroidea connubium purpurea. E regione foraminis centralis sclerotica massam transmiserat.

49. Scl. e parte crassior, cum massa fungosa concreta.

50. In o.c. exst. Scl. profundo - coerulea, in nonnullis partibus ita attenuata, quasi perruptum iret.

Sclerot. supra corneam tumorem largum transmiserat.

53. In oc. aegroto post mort. inf. Scleroticae textura, quam solam licebat discernere, massae fungosae distincte fundum praebebat.
54. In oc. exst. Sana.
55. In oc. exst. Praeter scleroticam nihil relictum erat.

l. Nervus opticus.

1. In oc. exst. N. durior et firmior, colore cinereo, et rotundus manserat, quamquam ambitum maiorem emetiebatur.

Post mortem infantis, in orbita excisi oculi. N. in cursu inter chiasma et foramen opticum massam pulposam continebat. In orbita, non longe a foramine optico, cum massa fungosa ita coaluerat, ut ab ea non posset dividi.

2. In oc. exst. N. crassior, firmior, et colore obscuro - carnosus.

Post mortem infantis in orbita oculo privata. E tumore in cerebro sito, nervus egrediebatur sano multo crassior, quoad structuram non mutatus. — Ubi foramen opticum penetrat a regula non discedebat. — Ubi in operatione dissectus erat, ibi massae aegrotae, recens formatae, centrum esse videbatur. Subito hic finiebatur.

3. In oc. exst. N. massae medullari plane erat involutus, et per eam in duas partes divisus, quarum altera cum sclerotica coniuncta, altera ab ea

separata erat. Interne constabat e massa molli, rosa, lutea, alibi pallidiore, alibi obscuriore.

8. In o.c. sin. N. opticus a suo thalamo usque ad ganglion (verisim. chiasma), quod in fungum pulposum mutatum erat, sanus; a ganglio autem usque ad bulbum, transformatus in substantiam firmam, fibrosam et vasculosam.

In o.c. d. Sanus.

9. Vagina N. optici continebat materiam gelatinosam, pulposam, quae in eo erat, ut difficeret.

10. Omnes nervi desiderabantur, excepto hoc uno, qui non nimis mutatus, attamen longior, massam lardo similem penetrabat. Reliquis scleroticae erat affixus, quae, circiter duos pollices et dimidium a foramine optico propulsa, nervum eo usque prolongaverat, ut crassitudine filum lineum duplicatum (Zwirnsfaden) non superaret. — At vero in cranio circuitu erat regulari.

Thalamus nervorum opticorum non mutatus.

11. In o.c. d. N. opt. sanus.

In o.c. sin. Nervum opticum a lobulo anteriore cerebri sinistro et a glandula pituitaria discernere non licebat. Totus enim nervus a foramine optico ad chiasma usque non inveniebatur. — Inter chiasma autem et thalamum uterque nervus prorsus sanus,

12. In o.c. exst. sin. N. naturali durior, cinereus.

In o.c. d. N. a tumore in cerebro, inter processum ossis sphenoidei et foramen opticum posito, compressus. Oculus ipse perfecte sanus.

14. In o.c. sin. N. plane desiderabatur.

In o.c. d. N. valde incrassatus et a tumoris ramo circumdatus. Hinc coecitas ultimis diebus concomitata.

15. In o.c. d. N. sanus, omnesque item partes, quae bulbum circumdabant.

20. Post mortem. N. opt. uterque mollior, quam vulgo. Thalami nervorum opt. et caeterae cerebri partes sanae videbantur.

21. In o.c. d. N. ante et pone foramen opticum magis quam duplo intumescens. In orbita peripheria eius sensim augebatur, tumoremque magnum ovalem formabat, qui, a dura matre tectus, eique firme adhaerens, glaber, albicans, in medio mollissimus, parte anteriore, iuxta oculum, solidior, quam posteriore: substantiam nervosam fungosam, steatomatosam continebat.

In o.c. sin. N. in via sua ad foramen opticum crassior, ovalis et consistentior atque in huius foraminis propinquitate tenuior fiebat. — Apparebat autem, quum nervus dissecaretur, intumescentiam illam quae in nervo esse videbatur, collocatam inter duram et piam matrem et nihil aliud esse, nisi durae matris secretionem et exiguum degenerationem telae cellulosa laxae, quae praeterea a norma non abhorrebat. Haec secretio erat alba, in centro caseosa, mollissima et ad peripheriam valdemodum congelata.

23. In o.c. exst. N. sanus esse videbatur.

Post secundam exst. in orbita. Apparebat tumorem originem suam e nervo optico cepisse,

qui, ingressus in orbitam, mutatus erat, et quasi pedunculum fungi formabat.

24. In o.c. ext. Vagina eius amplior, crassior, laxior massam fungoso-medullarem, inter digitos collabentem, continebat.

27. In o.c. ext. Tumens, mollior, rubellus.

28. In o.c. ext. Pars eius, quae extra bulbum versabatur, sana.

34. In o.c. ext. N. opticus regularem magnitudinem non superabat; pars eius medullaris nigra, tumori in bulbo simillima.

Post redditum fungi mortemque aegrotae in orbita oculi extirpati:

A. In orbita n. opt. cum fungo non erat coniunctus, sed per periorbitam, in orbitae fundo sitam, ab eo separabatur; excedebat autem regularem magnitudinem, ubi foramen opticum transibat. Vagina eius cum periorbita erat connexa.

B. In cranio nervi nigri crassitudo digitum minimum adaequabat.

30. N. opt. in eo loco, ubi dissecitus erat, sanus esse videbatur, ubi autem scleroticam perforat et in retinam se extendit, cum substantia, quae in tumorem, in bulbo inventum pergebat, intermixtus erat.

40. In o.c. ext. Nervi pars, quae $\frac{3}{4}$ pollic. a bulbo remota erat, substantia adiposa aegrota circumdabatur, et ipsa decoloratione suae medullae morbi societatem manifestabat. Inter hunc locum et bulbum nervus sanus manserat.

44. In o.c. ext. N. opt. tam prope ad scleroticam erat concisus, ut huius ipsius tunicae particula desi-

deraretur. Lamina eius cribrosa cum tumore ipso multis filis exilibus coniuneta erat.

45. In o.c. I. N. opt., ubi bulbum intrat, intumescit.
46. In o.c. II. N. opt. massa morbosa repletus.
47. Nervi vagina massa insana suffarinata.
48. In o.c. ext. Sanus.
50. In o.c. ext. Sanus.
53. In o.c. aegroto post mortem infantis.
N. a. fungo inclusus.
54. In o.c. ext. N. opt. normali tenuior, praeterea sanus.

m. Vagina nervi optici.

1. In o.c. ext. Partes inter vaginam et medullam nervi positae, detegi non poterant.
3. In o.c. ext. Alba erat, et cum substantia aegrota firme cohaerebat,
24. In o.c. ext. Vagina laxioribus fibris contexta, crassior et amplior, quam vulgo, ne minimum quidem substantiae nervosae continebat, sed massa fungoso-medullari erat impleta, quae inter digitos dilabebatur,
34. In o.c. ext. Sana esse videbatur.
40. In o.c. ext. Fungus a pinguedine ad vaginam transierat.
45. In o.c. II. Incrassata.
49. Crassior normali,

n. Bulbus in universum.

9. Post mortem. Lens erat prolapsa, humores profluxerant, nulla cilia, tarsi in cutim soluti.

Musculus orbicularis et levator palpebrae superioris ductusque lacrymales destructi. — Punctorum lacrymalium tantum vestigia, nulla caruncula neque glandula lacrymalis. Musculi, nervi et vasa omnia evanuerant.

10. In o. aegroto post mortem. Supercilia sibi invicem ita erant propinquā, ac si totum tumorem tegere voluissent. Tarsi deficiebant, nulla cilia. Nihil, a toto bulbo, nisi exilis scleroticae pars superstes manserat.

19. In o. ext. Bulbi, qui legitimam magnitudinem non excedebat atque a sclerotica undique circumdabatur, omnes partes internae erant destructae, praeter corneam, scleroticanam et particulam cho-roideam.

21. In o. sin. Bulbus in universum normalis.

In loci duplo Partes, bulbo propinqua, omnes aegroto modo coniunctae et conglomeratae, quarum nonnullae in parte bulbi posteriore tumorem, qui bulbum paulo protruserat, formabant.

Bulbus antem ipse maior, monstruosus, in parte anteriore mollior, in posteriore prope nervum opticum durior.

24. In o. ext. Totus fere bulbus in massam fungosam mutatus erat. Omnes tunicae laxiores et organisatione privatae.

38. Breve tempus ante ext. Bulbus valde intumescens, ad peripheriam et formam mutatus.

44. In o. ext. Bulbus normali forma et magnitudine.

50. In o. c. ex st. Bulbus naturalem magnitudinem duplo superabat. *o. Glandula lacrymalis.*

10. In o. c. aegroto. In massam, cum lardo congruentem mutata.

24. In o. c. ex st. Naturam assumerat fungoso - medullarem, ita ut pro organo singulari haberi non posset.

27. In o. c. ex st. Mutata non videbatur.

28. In o. c. ex st. Ovi gallinacei magnitudinem assecuta, plena erat, capsulae inclusa, in lobulos non divisiva, in superficie glabra, densitati cartilagineae similis, colore pallido - stramineo, nonnullis in locis viredescente.

In o. c. non exstirp: post mortem. Gl. lacrymalis eiusdem structuræ erat, atque in illo oculo.

p. Musculi bulbi.

10. In o. c. aegr. M. mutati in telam cellularem, granosam, in qua hic illic vibices rubrae, ramosae inveniebantur in ea regione, ubi primus ramus nervi quinti, nervus oculo - motorius, abducens et trochlearior invicem se coniungunt.

19. In o. c. ex st. M. bubi sani.

20. In o. c. ex st. Praeter musculum levatorem palpebrae superioris, qui agnosci vix poterat, ne ullus quidem musculus inveniebatur.

24. In o. c. ex st. Naturam fungoso - medullarem usurpaverant, qui, quo propriores ossi, et remotiores a bulbo erant, eo magis naturam propriam re-

tinuerant. Idem etiam in aliis partibus animadvertebatur, unde degenerationem e bulbo inchoasse concludere licet.

Post mortem aegroti in orbita oculi extirp. Substantia fibrosa inveniebatur, muscularum rectorum cursum sequens, consistentiam et colorem glandulae lacrymalis habens.

38. In o. c. exst. Sani conspiciebantur.

q. *Nervi oculi reliqui.*

10. Nulli nervi detegebantur, in quorum loco vibices rubrae, ramosae.

14. In o. c. sin. Nervorum ne vestigium quidem remanserat.

15. In o. c. d. Omnes nervi sani.

24. In o. c. exst. N. in massam fungoso - medullarem mutati. Quo erant propiores loco, ubi musculi ossibus affiguntur, eo minus a legali structura declinabant.

28. In o. c. d. post mortem. Bulbus, adeps, M. N. sana.

34. Post mortem aegrotae in orbita extirpati oculi. Nervi sani.

r. *Vasa.*

2. In o. c. exst. Ligamentum, quod ex art. centrali ortum esse videbatur, massam fungosam in duas partes distinguebat.

10. In o. c. aegr. Nullum vas inventum.

24. In o. c. exst. Vasa naturam fungoso - medullarem acceperant.

~~dislocatio audiriq; silla si recte mobi invaginata
et nos eam in orbita.~~

s. Tela cellulosa orbitae.

10. In o.c. aegr. Tela cellulosa in orbita in massam, lardo similem mutata erat.
19. In o.c. d. Tela cell. in bulbi circuitu mollis, sed in organicam massam non mutata.
24. In o.c. exst. Naturam fungoso-medullarem acceperat.
38. In o.c. exst. Sana videbatur.
45. In o.c. II. Massa morbosa telam cellulosam orbitae replebat.

t. Adeps bulbum circumdans.

21. In o.c. dext. Panniculus adiposus durissimus, in tres massas quasi divisus grandes, molles et in medio ulceratas, nervi optici planitiei adhaerentes et bulbum ex orbita protrudentes.

u. Membrana mucosa sinuum.

28. In latere oculi extirpati: Cum membrana sinuum frontalium mucosa, tumores arcte erant coniuncti, quorum structura ab aliorum non differebat. Ubi hi tumores non affixi erant, ibi membrana crassior et mutata apparebat. Sinus ethmoidales et sphenoidales similes tumores, multaque tunicae Schneiderianae loca eandem speciem aegrotatam ostendebant.

Membrana mucosa antri maxillaris utriusque sana.

v. Periorbita.

28. In latere oculi non extirpati. Periorbitae, cui glandula lacrymalis adhaeserat, organisatio mutata erat.
53. In o.c. aegro post mortem. Crassior et ab osse soluta tumorem in modum vaginae includebat.

w. O s s a.

14. In o.c. exst. Quaecunque ossa a tumore attacta fuerant, vel plane non inveniebantur, vel carie affecta, vel mollia, nempe pars orbitalis sinistra ossis frontis, ossis maxillaris et zygomatici. Illorum ossium particulae crassiores remanserant. Os unguis, latus sinistrum ossis sphenoidei et ethmoidei desiderabantur.
20. Post mortem in orbita oculi extirpati. Tumor incipiens eo in loco, ubi pars squamosa ossis temporum ossi parietali annexitur, inter pericranium et calvariam ad orbitam usque prorepens, novo fungo se adiungebat.
28. In latere oculi extirp. Arcus supraciliaris ossis frontis, cui tumor inhaeserat, asper et tumens.
40. In o.c. exst. Os unguis morbo affectum.

*x. Massa fungosa ipsa.**1. A. In oculo exst.*

- a. Frustum posterius.* Camera corporis vitrei erat repleta massa cerebri simillima. Aliquae eius partes pulposae erant, quae aqua lavatae

relinquebant substantiam fibrosam, telae cellulosae laxae similem. Huius telae aliae partes firmiores, aliae laxiores, granula ossa continentem.

β. Frustum anterius. Excrescentiam fungosam formans. Hoc polypo mucoso mollique aequiparandum et aequa facile, ac gelatina conce-debat, ut dissecaretur.

B. Post mortem infantis in orbita extirpati oculi. In orbita nervus opticus in massam transibat, quae constabat e musculis, sanguine, substantia adiposa, multis corpusculis rotundis, atque materia, qualis in camera corporis vitrei et in cerebro est inventa. Omnes illae partes circumdatae erant membrana firma, cellulosa.

2. A. In o.c. exst. Massa carnosa, magnitudinem habens phalangis ultimae digiti medii, nervum opticum tam arcte circumdabat, atque cum hoc et cum parte scleroticae ea, quam nervus opticus transit, tam arcte connexa erat, ut separari inde nequiret. Suffarcinabat loco retinae totam humoris vitrei cameram, et ad corneam usque procedens, a choroida quasi sacco erat circumclusa. Per ligamentum autem, quod a pristina Art. centrali oriundum esse videbatur, in duos lobulos partita erat.

Haec massa similis erat medullae nervosae, cerebro tamen firmior, quia fibris cellulosis erat pertexta.

B. Post mortem infantis in orbita exst. oculi. Tumor, sub thalamo nervi optici dextra situs, ovi gallinacei magnitudinem adeptus, sanguini

atro involutus; ex duabus substantiis erat compositus:

a. Altera, posterior, mollis cum cerebro valde congruebat.

b. Altera, anterior, ad orbitam procedens, rubra, vasculosa, firma, uniformis, hepatis non dissimilis, cohaerebat per nervum opticum cum tumore, in orbita posito, magnitudinem bulbi habente, neque ab ipso diverso.

Tumor, in cranii cavitate collocatus, nihil, quod cum nervo possis comparare, ostendebat, si exceperis aliquot fibras iuxta foramen opticum repertas, quae olim ad nervos pertinuisse videbantur.

Nota. Massam, sub *b* descriptam, excrescentiam fungosam fuisse arbitror.

c. Massa, cuius diameter pollicem dimidium explebat, scleroticam nervumque opticum circumdabat, firma, tuberculosa, nervique optici aliquo modo similis. Ex hac massa intra et extra scleroticam tumor natus esse videbatur, qui uterque, undique cum sclerotica consertus, medullae aspectum praeserebat.

Omnes partes praeter scleroticam et nervum erant destructae.

d. In o.c. sin. Bulbus totus mutatus erat in massam duram, fibrosam, vasculosam. Nullum certum bulbi organon dignosci poterat. Haec massa ad ganglion (veris. chiasma) usque procedebat.

In o.c. d. Tumor, in lobulos exiles divisus, qui ab aliis tumoribus sede, textura et colore differt, retinae includebatur, et a tunica aranea, humore

vitreo, lente crystallina, et e lymphā molli, coagulabili formabatur.

9. Ex crescentia fungosa in vivo infante.
Obscuro-rubra, carnosa.

10. In o.c. aegrōto. Tota orbita differta erat massa, quae a lardo non nimis differebat.

11. Post mortem infelicis in orbita oculi extirpati. In orbita substantia sita erat brunnea, quae non fibrosam, sed fere glandulosam structuram ostendebat, quamquam glandulis magis erat pulposa et laxa. Circumdata erat involucro, octavam pollicis partem crasso.

12. In o.c. exst. Magna pars substantiae fungosae, aquae impositae, solvebatur.

14. Post mortem puellae in orbita oculi exst. Praeter tumorem fungosum, durae matri adhaerentem, in orbita alter erat formatus, qui, quamquam eiusdem erat structuræ, tamen et non erat obstrictus. A margine supraciliari ad nasi apicem sese extendebat.

15. In o.c. d.

α. Bulbum, cuius ambitus auctus non erat, substantia implebat steatomatosa, albida, aliquot in locis rubra et sanguinea.

β. Pone hanc alba, mollis, ab illa plane diversa, quae retina fuisse videbatur.

17. In o.c. exst. Massa cerebro multo erat firmior, aëri exposita emolliebatur, et aquae facile admiscebatur. Colore erat ferreo aut cinereo. Dividebatur sepimentis paucis vividioris coloris, quae quamquam firmiora, quam reliqua massa, tamen mollia adhuc

- erant nominanda. Aliquot fungi particulae sanguini coagulato erant aequiparandae.
18. Post mortem hominis in orbita oculi aegroti. Omnes molles orbitae partes in massam uniformem, cum periorbita arcte cohaerentem, mutatae.
19. In o. exst.
- α. Excrescentia fungosa ante oculi excisionem fuerat rubra, fungosa, fluctuationem simulans, lateri externo superiori scleroticae adhaerens, et ex ea propulsa.
- β. Post extirpationem dissecta substantiam perfecte cerebralem ostendebat, quae cum massa in bulbo cohaerere non videbatur.
- γ. Massa, bulbum totum replens, luteo-brunnea, granulosa, per telam cellulosam, tenuem conjuncta, digitis facile comprimenda, concretiones parvas, arenosas, digito sine magna opera detegendas, continens. Hae concretiones, plurimae, versus nervi optici introitum corpus durum et nigrum formabant, quod parvam fabam non superabat. (Hoc corpusculum continebat praeprimis calcem phosphoricam.) Nihil autem ex hac massa resecabatur, quod cum medulla comparari potuisset.
20. In o. exst. Massae, excisione remotae, diameter exaequabat pollices IV et dimidium, longitudo V, et crassitudo IV pollices. Fere omnes partes abierant in substantiam, striis ligamentosis instructam; quae, in pariete anteriore exulcerata, crustaque rubra tecta erat. Palpebris fixe adhaerat.

Post mortem infantis. Tumor, qui post bulbi segregationem in regione temporali apparuerat, e massa cerebri simili compositus erat.

21. In o. c. d.

a. Substantia posterior alba, in peripheria firmior, in centro et antrorum, ubi in anteriores transibat, mollior.

β. Substantia anterior mollissima, fungosa, aliis in locis alba, in aliis rubra.

24. In o. c. exst. Totum bulbum substantia medullaris implebat, quam penetrantem usque in vaginam nervi optici licebat perseguiri.

25. O. c. ante extirpationem. Bulbus ipse inter operationem in massam pulposam est collapsus.

26. In o. c. exst. Bulbus massam abscondebat pulposam, substantiaeque cerebrali similem, rubicundam, quae aquae immersa album colorem assumpsit.

28. Post mortem iuvenis in latere extirpati oculi.

A. Orbitam implebat substantia, quae in texture et colore cum glandula lacrymali aegrota conferri poterat, quamquam uniformis huius glandulae structura desiderabatur; fibras autem ostendebat, quae musculos oculi motores sequebantur.

B. Similis tumor sub palpebra superiore animadvertebatur, qui arcui supraciliari tumenti asperoque adhaerebat.

C. Tumores, qui in sinu frontali sedebant, membranae mucosae intime affixi, undique eodem modo viridi-lutei, quo massa in orbita coacervata,

hic illic coloris vividioris, qui ab aucto arteriarum numero derivabatur.

34. A. In o. exst. Culter, quo bulbus et tumor dissecabantur, massa inquinabatur crassa, tenaci, obscuro-brunnea, pigmento nigro simillima, quae aqua facile solvebatur.

α. Bulbus impletus erat materia pulposa, medulae simili, cui materia obscuro-brunnea admixta erat.

β. Tumor, quo sclerotica perrupta erat, eiusdem erat structurae, interne permultas maculas demonstrans, externe tectus membrana crassa, muco-sa, quae ex coniunctiva orta esse videbatur. Duo-bus parvis in locis exulceratus erat.

B. Post mortem mulieris. Novus fun-gus, ovi gallinacei magnitudinem assecutus, per pal-pebras eminebat, in superficie inaequalis, hic illic lividus.

38. Breve tempus ante extirpationem in-vivente. Tumor rotundus, mollis, prominens, elasticus, splendidus, quasi albumine esset tectus. Longus III pollices, a fine superiore ad inferiorem unum pollicem et dimidium metiebatur.

In oculo extirpato. Substantia, inter bulbum eiusque musculos deposita, bulbum ambibat et scleroticae erat annexa. Color eius erat obscuro-brunneus, nonnullis in locis splendido-niger, textura autem floccosa.

39. In oculo exst. Massa fungosa dimidiā par-tem corporis vitrei, introrsum pergens, implebat. E lympha coagulabili, flava, cui striae nigrae ine-rant, composita adspiciebatur. Ab interna autem

scleroticae parte exiisse videbatur, nam choroidea, eo in loco a sclerotica separata, in interna tumoris parte sita erat.

41. **P a u l o a n t e m o r t e m.** Palpebra superior multo longior atque a fungo inversa; fungi superficies irregularis, fissuris instructa, et sanguine tincta. Color eius varius. Aliae partes floridae et luxuriantes, aliae eaeque prae ceteris dependentes, imminui coepерant. Sectio non concedebatur.

44. **I n o c . e x s t .** Inter retinam et choroideam tumor fungosus inveniebatur, cum retina arcte coniunctus, retinam ita prae se pellens, ut corporis vitrei cameram impleret. Tumor autem per parvam choroideae aperturam, quae iuxta nervi optici introitum apparebat, ad scleroticam usque perveniebat. Sed neque cum hac neque cum choroidea erat connectus, quamquam choroideam attingebat. At vero cum lamina cribrosa per multa fila exilia cohaerebat.

Ostendebat hic tumor in colore et consistentia similitudinem cum substantia corticali cerebri infantilis.

E regione huius aperturae iuxta nervum optimum inter scleroticam et choroideam choroideae adhaerebat lamella e massa pulposa constans, quae tamen scleroticam integrum concedebat.

45. **I n o c . I . a .** Substantia, sarcomati medullari respondens, partem bulbi superiorem et posticam occupabat, qua corpus vitreum comprimebatur; inter lamellam choroideae exteriorem et membranam Ruyschianam sita.

adu. $\beta.$ Altera pars massae morbosa, quae cum illa non cohaerebat, eodem fere modo, nisi quod firmior erat, structa, parti posteriori bulbi adiuncta erat, et capsula, quae tela cellulosa vicina formabatur, includebatur.

$\gamma.$ Similis tumor a nervo optico, ubi in bulbum intrat, formatur.

In o.c. II. Massa morbosa duplex, intra et extra bulbum, quae utraque non cohaerebat, sed per scleroticam disiungebatur.

$\alpha.$ Externa, durior et vividioris coloris, quam interna, scleroticae affixa, telamque cellulosam orbitae implens, bulbum involvebat.

$\beta.$ Interna mollior, et obscurioris coloris, in antica scleroticae parte inter lamellas prorepens, easque infra distinete separans, totum bulbum obstruebat.

Nota a Travers adiecta. Inde patet, internam massam ortam esse a choroidea, cuius lamina arteriosa degeneraverat, externam autem e sclerotica, quae etiam naturam transmutaverat.

46. $\alpha.$ Massa aegrota nervi vaginam obturabat. Externae scleroticae laminae tubercula albi coloris erant affixa.

$\beta.$ Substantia cinerea, tunicam choroideam protrudens, posteriorem bulbi partem effarciebat.

$\gamma.$ Tertia substantia, antica, per choroideam ab illa seclusa, obscurior, in textura firmior, humoris vitreo respondebat.

47. Massa aegrota a nervi vagina inclusa ad scleroticam et choroideam prorepserat, easque e parte

immutaverat; illa enim lutea, haec obscurō-rubra facta erat.

48. Fungus corneam perforare incipiebat. Totum bulbum massa fungosa, obscura, friabilis occupabat; haec in regione foraminis centralis scleroticam apertura, lenti magnae aequa, perforaverat.

49. α. Substantia, cum sclerotica coniuncta, obscura, cui maculae albæ admixtae sunt, bulbum implet.

β. Massa anterior, ex corpore vitreo oriunda, vividior est.

Nota, quam Travers addidit. Morbus e choroidea et iride egressus esse videtur.

50. α. Supra corneam sclerotica ab excrescentia fungosa perrupta erat.

β. In bulbo massa erat contenta, ubi nullius partis textura dignosci poterat. — Plura autem ibi vasa se manifestabant, quam in No. 48.

γ. Sub nervum opticum et iuxta eum, tumor, illi similis, se ostendebat.

53. In o. aegr. post mortem infantis.

α. Excresc. fungosa magnitudinem parvi fructus aurantii ferebat.

β. Medullare sarcoma, legalem speciem ostendens, nervumque includens orbitam implebat, eiusque formae respondebat. Distincte autem ab utroque scleroticae latere exoriebatur.

γ. Ossi frontis duo tubera medullaria, alterum periosteo externo, alterum diploae adhaerebat: tablam enim vitream hoc in loco resorpserat.

54. $\alpha.$ Tumor extra bulbum scleroticae et cornea
margini adiunctus, pulposus, vasculosus, inaequali
obscuro colore, figura angulata, in plures lobulos,
ligamentis tenerrimis seiunctos, dividebatur. Sclero-
tica autem et cornea integritatem conservaverant.

$\beta.$ In bulbo minor tumor, illum non tangens,
mollior, vasculosus, inter choroideac lamellas situs,
inferiorem et anteriorem bulbi partem occupabat,
retinamque tollebat atque comprimebat.

55. In o.c. ext. Praeter scleroticam nulla pars
relicta erat. — Totus bulbus quasi acervo pigmenti
nigri et flocculenti implebatur.

y. Glandulae lymphaticae.

1. In o.c. ext. Massa iuxta nervum opt. dura,
pisi magnitudinem non superans, bulbo adhaerebat,
quae sine dubio glandula lymphatica fuerat.

28. Post mortem aegroti: Glandulae, bulbum
circundantes, morbi expertes.

z. Alia organa fungum non continentia.

20. Organa, praeter oculum, sana.

21. Omnes partes habitum ostendebant scrofulosum.
Thoracis organa sana; in abdomine solae glandulae
mesaraicae tumescebant et strumosae erant.

28. Dura mater aliquot in locis crassior, cartilaginea,
viridi - lutea. In iisdem locis internus cranii paries
hispidus atque porosus. In externo duo tumores,
similem monstrantes structuram.

*essentia de occitomioa mundi utroq; vocantur ad
illuposni*

aa. D u r a m a t e r.

2. In dura matre duae maculae obscuro-rubrae inveniebantur, quae a fungosa substantia formabantur et lymphae organisatae non dissimiles erant.
14. Inter duram matrem et orbitam, per vascula cum dura matre coniunctus tumor inveniebatur albidus, irregulari forma, in superficie cartilagineus, inferius gelatinosus, pure candidior et crassior. Pone sellam turcicam ad dextrum cristae galli latus vergens, septima hebdomade post bulbi extirpationem elapsa, ramum in orbitam sinistram miserat, et paulo ante mortem alium in caveam nasalem sinistram, qui cum polypo poterat comparari.

20. Dura mater a massa exsudata luteo-rubra obiecta erat.

29. Tumor fungosus, cuius basis supra orbitam durae matri affixa erat, cerebrum autem non mutaverat, in dissecto cranio inveniebatur.

bb. Inter piam matrem et arachnoideam.

2. Supra totam cerebri superficiem multae bursae albae, attingentes magnitudinem capituli acus, ad pisi ascendentes.

cc. C e r e b r u m.

1. Iuxta chiasma tumor erat globosus, inaequalis, fructum Aesculi Hippocastani non excedens, membranaeque glabrae, luteae inclusus. Interne erat pulposus, albus, consistentia aequali. Aëri atmosphaericо expositus emolliebatur et aqua facile solvebatur.

Nervos opticos, qui eum penetraverant, ab eo discernere, licitum non erat.

2. Plex. choroid. crassus, vasa eius cum hydatidibus comparanda, et omnis in massam cerebro similem mutatus.

8. Ganglion nervi optici in massam pulposam et sanguineam mutatum erat, quod aëri expositum statim diffuebat.

9. Cerebr. et thalamus nerv. opt. sana.

11. Dexter lobulus anterior sanus, sinister rubicundior, et cum N. optico, carotide cerebrali, infundibulo et gl. pituitaria ita concretus erat, ut hae partes separari nequirent.

12. Pars thalamorum opticorum interna colorem cinerum habebat, et firmior erat quam vulgo.

Thalamus sinister, ad ovi gallinacei ambitum aductus, nervum optic. dextrum processui choroideo ossis sphenoidei tam fortiter adpresserat, ut nervi peripheria multo imminuta esset. Procedebat autem haec morbosa affectio usque ad medullam oblongatam, neque glandulae pituitariae pepercerat, ceterae cerebri partes sanae.

21. Ut brevibus verbis dicatur, quae ab auctore fusius explanantur, haec sunt inventa:

α . Degeneratio strumosa et fungosa corporum striatorum et praeprimis dextri.

β . Degen. superficierum thalamorum opticorum.

γ . Degen. partium inferiorum, anteriorum et posteriorum cerebri, medii lobuli dextri, pedisque Hippocampi.

—sib os 3. Degeneratio substantiae cinereae sub et pone aream quadratam, opticorum, Nn. olfactiorum, acousticorum, oculomotoriorum, substantiaeque cinereae inter pedunculos cerebrales et fundum ventriculi III ii.

34. Chiasma nervorum optt. valde amplificatum in tertio ventriculo tumorem formabat. Ultra chiasma nigritudo nervi eiusdem lateris procedebat.

COROLLARIA.

I. *Fungus medullaris praeceteris infantes aggreditur:*

Ex 54 aegrotis, quorum mentionem inieci, sunt 48, quorum aetas mihi innotuit. Ex his erant nati annos, inter

I — VI,	23
---------	----

Infantes, quorum aetas

non nominatur,	5
----------------	---

Inter VII — XVI,	4
------------------	---

Ann. XX,	1
----------	---

Iuvenes et adulti	2
-------------------	---

Inter XXX — L,	7
----------------	---

Vir, cuius aetas non	
----------------------	--

addita est	1
------------	---

Inter LI — LXXVII,	5
--------------------	---

48

II. *Fung. m. femineo sexui non magis parcit; quam virili:*

Inter 41, quorum sexus narratur, pertinebant

19 ad sexum sequiorem

22 „ virilem.

41

III. Prognosis fungi medullaris mala est.

- | | | |
|---|---|----------------------------|
| 24 post excisionem bulbi | } | diem supremum
obierunt. |
| 10 ante „ „ „ | | |
| 6 nullo mortis genere narrato | | |
| 2 fungum, postquam bulbus erat cultro remotus,
iterum experiebantur. | | |
| 8 bulbi extirpationem concesserant, eiusque re-
ditum non timebant, quamquam non multum
temporis ex operatione inde erat praeterlapsum. | | |
| 1 valetudinis integratem recuperabat (cf. No. 24.) | | |
| <u>de 4</u> aegrotorum fato incerti manemus. | | |

55.

In hominibus senioribus multo minus videtur esse atrox, quam in infantibus.

*IV. Aliae oculi partes fungo medullari
diutius resistunt, quam aliae.*

a. Diutissime sese opponere possunt: Tunica sclerotica et vagina nervi optici, quae, etiamsi fungo fundum praebuerint, tamen remanere solent.

b. Etiam tun. choroid., cornea et coniunctiva diu integratatem conservant.

c. Vasa, nervi, musculi, tela cellulosa, et ossa impetui fungi medullaris per longum temporis spatium repugnare nequeunt.

d. Lens, humor aqueus et iris, ubi premuntur a massa aegrota, mox evanescunt.

e. Corpus vitreum, tun. retina et nerv. opticus, quam primum cum substantia aegrota conveniunt, plerumque aut mutantur aut adsuguntur.

V. Fungus medullaris in diversis oculi partibus nascitur.

Quam difficile sit, certi quid de hac re dicere, quicunque, quae supra scripsimus, diligenter perlegeret aperte videbit. Nam etiam si accurate sectiones oculi factae sunt, vel non omnes oculi partes destruc-tae, tamen fere nihil inde in hanc rem concludi potest, quod non ulli dubitationi subiici possit. Apponamus igitur, quid nobis videatur.

Arbitror autem fungum medullarem primo radices egisse in:

Cornea in historia narrata sub (No. 54.)

Iride (cf. 49.)

Corpore vitreo, 11. in oc. d. — (46.)

Retina, 15. — 38. — (44.)

Choroidea, — (34.) — (44.) — (45. I.) — (45. II.) — (49.) — (54.)

Sclerotica, 19. — 39, in interna eius lamina, — (45. I.) — (45. II.) — 50? — 53, extra et intra scleroticam, — (54.)

Nervo optico, 1. — 2. — 3. — 8, in oc. sin. — 9? — 14, in oc. d. post extirp. sin. — 21, in oc. d. simulque in cerebro. — 23. post ext. — (24.) — 27. — (34.) — (40.) — (46.) — 47.

Vagina nervi optici (24.) cf. *Rust's Magazin*, XVI, 278.

Membrana mucosa, 28. p. ext.

Glandula lacrymali, (24.) — 28 ante ext.

Dura matre, 14.

Cerebro 21. in oc. sin. et simul inter duram et piam matrem.

Thalamo nerv. opt. 12. Sed, exstirpatione peracta, demum incrementum magnum capiebat. Fortasse etiam simul in corpore vitreo.

In pluribus partibus simul.

- 24. a bulbo incepit (fortasse a vagina nervi) et a gl. lacrym.
- 34. a Choroid. et N. opt.
- 40. a nervo optico et in interno bulbi spatio.
- 44. a Retina et Choroid.

Hoc exemplo docemur, qua ratione inchoet in choroidea.

- 45. I. Inter lamellas choroideae et extra bulbum.

Etiam hic casus initium fungi medullaris in choroidea distinete demonstrat.

- 45. II. a choroid. et exteriore scleroticae lamina.

- 46. α . a nervo optico.

β . inter sclerot. et choroid.

γ . ab humore vitreo.

- 49. a choroidea et iride.

- 54. α . a cornea et sclerotica extra bulbum.

β . inter lamellas choroideae intra bulbum.

Ubi plane incertum est, 8. in oc. d. aut in retina aut in hum. vitreo. — 10. — 11. In oc. sin. — 20. — 23 ante exstirp. — 48 vel in scler., vel in choroidea.

Nota. Maun. pag. 3. opinatur fungum medullarem oriri ex aegrota secretione massae nervosae, et semper hanc ob rem exire e nervo optico, e retina aut e cerebro (pag. 23.)

Dzondi docet *) fungi medullaris sedem, eamque proximam et immediatam in systemate fibroso quaerendam esse.

Kluge **) putat, fungum medullarem e neurolemmate, substantiae nervosae secretione oriri theoriam igitur Mauniorii et Dzondii coniungit.

VI. De textura fungi medullaris.

A. Pars posterior.

Adspectum praebet cerebri, interdum eo durior, (cf. 7 — 17.) interdum mollior. Saepissime alba est aut cinerea, raro brunnea (cf. 11. 17. 34.), nigra (cf. 34. 35.), lutea (45. I. — 19. —), viridi - lutea (28.), vel rubicunda (26). Solet esse pulposa, interdum sanguine circumdata (2. 17.): — Interdum granula ossea continet, (cf. 19.); aëri exposita citissime emollitur. E duabus substantiis solet esse composita:

a. e pulposa, quae digitis prementibus propellitur, aqua solvitur.

b. e cellulari, tenui, quae illam includit, et aqua non solvitur.

B. Pars anterior.

Haec est excrescentia fungosa, quae oritur, ubi cornea aut sclerotica perrupta, exulcerationis initium fit. Est quoad consistentiam spongiae simillima, rubro - purpurea, saepe sanguinans, interdum cuti tenuissima tecta, quae coniunctiva esse solet.

*) in praefatione ad dissertationem inauguralem de fungo medullari cordis, auctore Bartcky, Halis Saxonum.

**) Rust's Magazin XVI, pag. 209.

cf. 1. 2. 17. 21. ubi accurate structura fungi med. describitur, minus diligenter narratur 3. 20. 24.

N o t a. Doctissimus Travers *) dicit, diversam esse structuram et diversum colorem fungi, secundum diversas oculi partes, unde oriatur, et leges hanc de re statuit, in quo idcirco, cum eo consentire non possum, quod equidem leges non solum non invenire valui, sed etiam illas falsas esse opinor. Dicit exempli gratia, ubi choroidea fundum præbuerit, nigro esse tinctum colore, quod ita se habet in No. 34, neque vero in 45 I. II., 49.

Adiiciam tamen nonnulla a doctissimo Travers (pag. 429.) dicta, quae huc pertinere videntur.

- I. Cornea et lens a fungo m. non afficiuntur.
- II. Choroideae dispositio recipiendi fungi maxima est, minima autem retinae.
- III. Nonnunquam chronicus est morbi decursus, nempe eorum casuum, ubi substantia erat pulposa et cerebro similis, ubi autem haematode fungo instructa est, ibi celerrime ad mortem rapit.
- IV. Si e sclerotica et vagina nervi optici exoritur, offert nobis sarcoma densum, firmum, parum organisatum, — si autem e cerebro, nervo ipso et corpore vitreo, substantia est pulposa lactique coagulata non dissimilis, — si e choroidea originem capit, tum fungus haematodes se ostendit.

Si initiat in sclerotica vel corpore vitreo, color rem præ se fert flavum, si in choroidea, nigrum.

*) pag. 429.

V. Vero est simile texturam colorem et progressum morbi respondere texturae, colori et vitae propriae fundi.

VI. Structura cellularis omnibus exemplis propria esse videtur.

Tό μεν θέλειν παράκειται μοι, τό δὲ κατεργάζεσθαι τό καλὸν, οὐχ εύδοσκω.

PAUL, in epist. ad Rom. VII, 18,

Librorum tituli, qui in dissertatione laudantur:

Burns, Allan Burns surgical anat. of the head and neck. Uebersetzt von Dohlhoff, Halle 1821. pag. 193.

Chirurgische Kupfertafeln, Weimar, 1824. Tafel, CIX — CXI, eine Krankengeschichte von Chelius in Heidelberg.

Demours, Traité des maladies des yeux par A. P. Demours, à Paris, 1818. Tome premier, pag. 491 — 494.

Frorieps Notizen aus dem Gebiete der Natur und Heilkunde. 1824. Bd. VII, July, 21. von Dr. Savenko u. Dr. Pockels mitgetheilt.

Hey practical observations in surgery, 3 Edit. London, 1824. Chap. VI.

Uebersetzung: Chirurgische Handbibliothek, 5r Bd. Weimar, 1823. pag. 181. 6s Kap.

Maunoir, Mémoire sur les fongus médullaire et hématode, par J. P. Maunoir. Paris, 1820.

Uebersetzung: Abhandlung über den Mark- und Blutschwamm. Frankfurth, 1820.

Auszug davon im Journal von Gräfe und Walther, Berlin, 1821. 2r Bd. 3s Heft. — XIV, 546.

Panizza Annotazioni anatomico - chirurgiche sul fungo midollare dell' Ochio e sulla depressione della cateratta di Bartolomeo Panizza, Pavia, 1821.

Ea, quae fungum medullarem agunt, inveniuntur versa in linguam germanicam in:

Frorieps Notizen, IVr Bd. 1823. pag. 184.

Rust, Magazin für die gesammte Heilkunde, enthält in mehrern Bänden Beyträge zu dem Markschwamme des Auges:

Bd. VIII, pag. 487. eine Geschichte von Renton mitgetheilt.

Bd. XIII, 7. von Wedemeyer in Hannover mitgetheilt.

Bd. XIII, 277. von Dr. Berndt in Cüstrin.

Bd. XVI, pag. 191. von Dr. Betschler in Berlin, nach einer Inauguraldissertation von C. A. F. Hasse.

Saunders, J. C. on the diseases of the Eye, a new edition, London, 1816. pag. 145 — 154.

Scarpa, Trattato delle principali malattie degli occhi; a Scarpa.

Traité pratique des maladies des yeux traduit de l'Italien par Léveillé, seconde édit. Paris, 1807.
In praefatione duae historiae narrantur, quae leguntur etiam in Wardr. (vers. germ.) p. 61.

Travers, A. Synopsis of the diseases of the Eye and their treatment, by Benjamin Travers, Second Edition. London, 1821. pag. 224 — 228. et pag. 405 — 431.

Wardrop, Observations on fungus haematodes or soft Cancer by James Wardrop, Edinb. 1809.

Uebers. von Dr. Karl Kühn, Leipzig, 1815.

Auszüge davon sind zu finden, in:

Allgemeinen medicin. Annalen, und in
Salzburger medic.-chirurg. Zeitung.

P A R A D O X A.

1. Sanis omnia sana.
2. Singuli morbi non sunt propriis nominibus appellandi.
3. Inter animam et vim vitalem nullum intercedit discriminus, eademque per totum corpus diffusa est.
4. Officia medici graviora, quam patris-familias.
5. Calorem animalem nec soli nervi, nec sanguis, nec respiratio, neque ullum corporis systema solum vel praeceteris procreant, sed omnes qualescunque partes organisatae coniunctim ad illum efficiendum conferunt.
6. Morborum, quos dicunt et externos et internos, sanatio soli medico, operationes manuales soli chirurgo competit.